

NUMMUS ICONICUS:

CAROLI V. IMP. EFFIGIEM RE-

ferens, solerti depictam manu in castris ad Mül-
bergam sitis: Cusus Anno Chri-

sti 1547.



Soluto Protestantium exercitu; Cæsar Norlingâ
Noribergam: inde Egram venit in Paschate: ubi
Mauritius & Augustus suas copias cum illo con-
jungunt. Obviam quoque it appropinquanti Cæ-
sari Joachimus Brandenburgicus Elector cum 400.
Equitibus: quibus filium suum Joannem Geor-
gium præfecerat. Inde digressus Cæsar Saxoniam fi-
nes attingit. Saxo cognito Cæsaris adventu, Albim
transgressus pontem sublicium, qui Misnæ est, incendit; ne exercitum
suum traducere Cæsar possit. Ipse verò Witebergam contendit. In itinere
ad Mülbergam prope Albim confidet, flumenque ratibus jungit. Sed ap-
propinquante Cæsare injectis flammis eas incendit. Hispanorum in